Sacrorum d. canonum statuta, & legalis permitto autoritas, licet res ecclesiasticas in redemptionem captivorum impendi. Et ideo, quia edocti à vobis, ante annos ferme xvij, vicum reverendissimi quendam Fabium Episcopum ecclesiæ Firmatæ, qui xj. argenti de eadem ecclesia pro redemptione captivorum ac patris vestri Palsivi, fratris & coepiscopi nostri, verò clerici, nec non matris vestre, hostibus impediti se, atque ex hoc quandam formidinem vos habere, hoc, quod datum est, à vobis quolibet tempore, etiam huius precepti auctoritate suscipio, ut prævidimus auferendam; constituentibus, nullum exinde hæredesque vestros quolibet tempore recipientes.

a Hist. ca. 9. s. nulli. b Anselm. l. 6. c. 271. c l. 6. c. 271. d cod. de sacri. eccle. Anselm. l. 6. c. 44. Ivon. p. 3. ca. 149.



molitiam sustinere, nec a quoquam vobis aliquam ob-
sequationem.

C. XVI. ¶ *Res ecclesie desolata non præpnan-
tur capere.*

Item lib. 6. epist. 25. ad Dominum Episcopum.

¶ *Quod a omnino grave est, frustra ecclesiastica ministe-
ria reuocare, sic iterum culpa est, imminente huius-
modi necessitate res maxime desolatæ ecclesie captivis
suis præponere, & in eorum redemptione cessare.*

¶ *Paris. Que sunt penitentia huiusmodi inuoluntatis, atque
præsumpti, que vasa sacra, & rebus sacris aduoluntate arrip-
tæ, & quæ præsumptæ sunt, sicut indicanda; Nicolaus Papa
defini scribitur Pontifici Archiepiscopo Burdegalenensi.*

C. XVII. ¶ *Inuoluntatis rebus ecclesiasticis
rebus, que penitentia sit impo-
nenda.*

¶ *De uicinosando; Burgando nomine, qui rabie infa-
na commotus, diabolice se irerire laqueis non du-
bitavit, atque gentiliu more per abrupta itinera, &
compra indians vobis in vestra ecclesia villa, unâ cum
clericis vestris manentibus, & populum salubribus in-
fructe dogmatum montis decrantibus, paneque spiri-
tualis verbi vacua hominum corda reficientibus atque
laudabile proprie salutis desiderium habentibus, sancta
Apostolorum Petri, & Pauli limina visitare, collectis
malitiæ lux sequacibus, & iniquitatis complicibus ne-
fatis inuasiones, & deprauidationes violentas inferre
demonia coausu præsumpsit; & ut epistolæ vestre tex-
tus eloquitur, sacrum altare, sacraque Dominici corpo-
ris & sanguinis vasa, insuper & sanctum christina polluti-
tis arripere manibus, quæ uisita, & ad uolum communem
apta præsumpsit, dilectio non uestra consuluit, si ipse,
vel qui cum eo in tam impio, & iniquo scelere fuerant,
ad penitentiam quandoque gratia tracti, & divina uenire
uoluerint, quo eos penitentia vinculo confringatis,
nostræ indignationis censuram, expolere curatis.
De quibus (si tamen ita est) iudicemus, cum ad penitentiam
reueriti accelerauerint, uno anno extra ecclesiam
Dei consistere, cuius sacramenta uasa, extra ritum fidei
Christiana, diripiendo auferre non dubitauerunt. Se-
cundo, uero anno ante fores ecclesie sine communionem
moneant. Tertio, uero anno ecclesiam Dei ingrediantur,
& inter audientes assent sine oblatione, non manducantes
carnem, neque bibentes uinum, præter Nata-
lis & resurrectionis Dominice dies. Quarto præterea
anno (si his prioribus tribus eorum fructuosus fuerit
penitentia labor) communioni fidelium restituantur;
rotæ mentis intentione spondentes, talia se ulterius
nunquam facturos, corpus & sanguinem Domini susci-
pere mereantur, & usque ad septimum annum tribus in
hebetomada diebus sine esu carniu, & uini potatione
maneat penitentes.*

¶ *Capit. hoc alibi non est inuentum, quam in collectione cano-
num secreti auctoris.*

C. XVIII. ¶ *Res ecclesie Episcopus usurpare,
uel alienare non præsumat.*

Item in concilio Leonis Pape quarti.

¶ *Monemus, & irrefragabiliter affirmamus, ut
nullus Episcopus, uel sacerdotum, uel sacerdotum, rem tituli
suis, sanctis locis oblatum causâ amicitia, uel timoris, aut
munitis petentem auferre; nec ecclesia Dei ad nihil
redigatur. Quod qui facere præsumperit Episcopus,
uel sacerdos, canonici sine dubio subeant ultionem, &
ita ut deinceps nullas uices pro his ad litigandum, uel
possidendum habere possit.*

a. Ino pan. 2. cap. 176. b. al. 126. c. Decretalis part. 4.
Poly. 1. 4. tit. 19.

C. XIX. ¶ *Episcopus, uel Abbas res ecclesie alie-
nare non licet.*

Item ex scriptura synod. c. 12.

¶ *Quisquis a Episcopus uel Abbas inuentus fuerit de
salaris, uel Episcopi uel monasterii transferre quid-
quam in principum manus, uel etiam alii persona con-
ferre, irritum sit, quod datum esse constituit secundum
canonem b. sanctorum Apostolorum, qui dicit: [Omni-
um ecclesiasticarum rerum Episcopus habeat sollicitu-
dinem, & disperiet eas, tanquam Deo contemplante.]
Non liceat autem ei fraudare, & quodquam ex illis, uel
cognatis propriis donare, quæ Dei sunt. Quod si pau-
peres fuerint, ut pauperibus largiatur; sed non sub ho-
rum occasione, quæ sunt ecclesie, defraudentur. Quod
si excusationem præteriderit damnum facere, & nihil ad
profectum agrum existere, nec se principibus, qui per
loca illa sunt, tribuatur ager, uel locus: sed clericis uel
agricultoribus. ¶ Quod si calliditate usus fuerit, & a
colono, uel a clerico emerit Princeps agrum, irrita sit
uenditio, & restituitur episcopo uel monasterio; & Epi-
scopus uel Abbas hoc faciens abiciatur, Episcopus
quidem ab Episcopo, Abbas autem a monasterio, tan-
quam quid dispergit, quæ non colligit.*

¶ *Apud Gratianum, quemadmodum & apud Anselmum ei-
tabatur, ex historia Eusebii Episcopi Cesarie. To uerum
auctorem citat. Vesto autem est Anasasti bibliothecari, ex
cuius codicibus manus scriptis nonnulla sunt emendata.*

1. ¶ *Salariis] Græci est, & in tō ab usque, pro qua uoce
in Parisiensis eorum canonum editione legitur in rubrica, & in
eiusdem id est, suburbanis, quæ suburbanæ uocentur au-
turgia, quid ipsius possessio manibus colantur. Balsamon taxen-
ei agris interpretatur, qui per se ipse sine magna cultura fructum
ferre possunt, ut hinc, & alia huiusmodi.*

2. ¶ *Fraudare] & in tō, id est, sibi vindicare, &
suum facere.*

3. ¶ *Episcopus quidem ab Episcopo, Abbas autem
a monasterio] Hæc ad sententia integritatem addita sunt ex
ipso canone.*

C. XXI. ¶ *Prædicta ecclesia non liceat Pape
alienare.*

Item Symmachus Papa in synodo tertia, c. 24.
& sequentibus usque ad no-
num.

¶ *Non d. liceat Pape prædictam ecclesiam alienare aliquo
modo pro aliquo necessitate, nec in usufructum i-
tura dare: nisi tantummodo domos, quæ in quibusli-
bet urbibus non modica impensa sustentantur. Quæ
lege omnes custodes adfringantur, ut donator, accen-
tor, uenditor honorem perdat. Et qui subscripserit, a-
nathematis cum eo, qui dedit uel recepit, nisi restituat-
ur. Licet etiam quibuslibet ecclesiasticis personis con-
tradecere, & cum fructibus alienata repositere. Quod
non modo in Apostolica seruandum est ecclesia, uerum
etiam uniuersis ecclesiis per provincias quidem dicitur
conuenire.*

¶ *Capit. hoc collectum est ex pluribus capitibus synodi Romane
tertia sub Symmacho, in epistolam tamen redactū.*

1. ¶ *In usufructum] In conciliorum edictumque par-
tem legitur, sed nec in usufructuario iure aliquibus dari
licet, partim, sed in usufructum iura aliquibus, &
quemadmodum & in codice canonum impresso. Nam in
uetero manuscripto est, sed nec usufructuario aliquibus dari
licet. Idem uero significare usufructuarium, & usufructum
scribit Smaragdus in expositione regula B. Benedicti, cap. 19. his
uerbis, usufructum dicit, quod nos dicimus usufru-
ctuarium.*

a. Poly. lib. 6. tit. 15. Ansel. lib. 6. cap. 114. Ino part. 5. c. 377.
b. Can. Apost. 39. c. Et in concilio Parisiensis lib. 1. c. 27. d. 259.
lib. 4. cap. 19.

2 ¶ Quod non modo in ipsa synodo longè aliter habetur. Huius autem constitutionis legem in Apollonica tantum volumus sede servari, universis ecclesiis per provincias secundum animarum considerationem, quem proposito religionis convenire rectores earum viderint, more servato.

C. XXI. ¶ Qui res ecclesiasticas vendit ad altare non audeat accedere. Item in synodo sexta.

Indignè a ad altare Dei propere permittitur, qui res ecclesiasticas audeat invadere, aut iniuste possidere, aut iniqua, vel iniusta defensione in eis perdurat. ¶ Debet tamen esse proviso, ut vindictam admonitio precedat, & res usurpata iniuste qui abstulit, aut iniuste ablatas retinet, æquitate patrocinante, legibus restituatur. Quod si neglexerit, & necessitas compulerit, demum prædonem sacerdotalis districtio maturata percellat. ¶ Valde iniquum ergo & ingens sacrilegium est, ut quæcumque vel pro remedio peccatorum, vel salute, vel requie amissarum suarum unquamque venerabili ecclesie conulerit, aut certe reliquerit, ab his, quibus hæc maxime servari convenit, id est, Christianis, & Deum timensibus hominibus, & super omnia à Principibus, & primis regionum, in aliud transferre, vel converti permittatur. Propterea, qui hæc non præviderit, & aliter quam scriptum preterea, qui hæc non præviderit, & aliter quam scriptum est, prædica ecclesiæ tradita petierit, vel acceperit, aut possederit, vel 4 iniuste defenderit, aut retinuerit, nihilo se correxerit, quo iratus Deus animas percutit, anathemate feriatur: sitque accipienti, & danti, & possidenti anathema, & influitur pena contubernium afflictivum. Nec aliquo se ante tribunal Christi obstaculo nominat, quæ religiosus animabus ad substantiam pauperum derelicta, contra fas, sine aliqua pietatis consideratione dispergit.

¶ Aut iniuste in synodo legitur, aut iniuste, id est, sine licentia Episcopi possidere.

¶ Admonitio in synodo additur, manifesta.

¶ Hominibus Quæ sequuntur usque ad vers. in aliud. addita sunt ex synodo.

¶ Vel iniuste dederint, aut retinuerint. Addita sunt & ista: scilicet, omnia, quæ in usurpatione huiusmodi verum accedere solent, exponuntur.

C. XXII. ¶ Excommunicentur, qui Præcipua muneritate res invadunt ecclesiæ. Item Nicolaus Papa Adoni Viennensi Archiepiscopo in epistola, cuius summa. Quia sanctitatem vestram.

De rebus, quæ semel Deo contributa, atque dicata sunt, & postea sub occasione concessionis Principum à quibusdam invaduntur, atque detrahuntur, facimus, ut prius confutatis Principem, ad selescendam tam præsumptivam factionem, & cognoscendum, utrum illi sit concessio, an invaloris præsumptio. Quod si Principis inordinata fuerit largitio, ipse sit Princeps pro emendatione redarguendus. Si autem invaloris declaratur præsumptio, usque ad emendationem, excommunicationis sit vindicta coercendus.

¶ Extat epistola hæc in libro sæpe citato bibliotheca Dominicana: in qua respondet Nicolaus ad nominatas quaestiones ab Adono à se præpositas.

C. XXIII. ¶ De rebus ecclesiæ non est aliquod alienandum. Item Gelasius Iustino Archidiacono, & Faustino e defensori.

Vobis enim, & famæ vestre consultum duximus, ut Pontificis vestri loco, vobiscum ab eodem

a Ivo part. 3. cap. 122. b 16. questio. 1. in canonibus. t. vult. c. Ivo p. 3. cap. 122. d. al. Odove. e. al. Eusebio. & Douledir p. 3. cap. 122.

aliquis subrogetur, qui eius nomine pariter universis disponat: quatenus omnia prædica ad vestrum revocentur, nec cuiquam clerico pro portione sua alieno solum ecclesiæ putetis esse deputandum: ne per invidiam, & negligentiam minuat: sed omnis pensionis summam ex omnibus prædiis rusticis, urbanisque collatam, ad Antistitem deferatis. Hæc qua tamen collatione habeatur ratio, quid ad causas, vel expensas accipiendum necessarium opus esse perspicitur, ut de medio quoties, & quatuor portiones, vel de fidelium oblatione, vel de hac sicut modis omnibus pensione: nam unam sibi tollat Antistes, aliam clericis pro suo iudicio, & electione dispartiat, tertiam pauperibus sub omni conscientia faciat erogari: fabricis vero quartam, nec competit ad ordinationem Pontificis, erogatione remanebit expensa, electo idoneo ab utraque parastode, tradatur enthesis: ut major emerseat fabricæ subsidio, quod ex diversis temporis diligentia potius custodiri: aut certe ematur possessio, que utilitatem spectat communes.

C. XXIV. ¶ Divini muneris participatio præterea, que ecclesiastica privilegia calcant.

Idem Majorico, Sereno, & Ioanni Episcopo.

¶ Vi b & divinis, & humanis legibus in civili conditione calcatis, & reverentia religionis abjecta, ecclesiastica privilegia calcare contendunt, vel libere in pauperum proficere dispendium, nec huiusmodi, si ten communis, convitiique, nequissimi homines contumunt, atque illata sacris rebus detrimenta faciunt: merito divini muneris participatione stant pro iudicio: ut illius perceptione careant, quod sacilegis ausibus libere despectui. Cælestinus vero Presbyter frater Episcopi nostri Sereni, qui contra Pontificale prædica contraque Apostolicæ sedis mandata promulgans, prædicitis communionem sacram ministrare præsumit, cum non poverit ignorare sententiam proprii ministeris, ab officio protinus ecclesiæ pellatur: ut ministerio contra pontificalia instituta contentanda.

C. XXV. ¶ De eodem.

Idem eisdem Iustino 1. Archidiacono, & Faustino defensori.

¶ Vteranque ecclesiæ actus, vel patrimonium, quæ hæcenus compertimus desinitum, post damnationem Eucharisti, quo fuerat depravante dispartit, vestra decrevimus esse delegandum: ut diligentibus vos pro utilitatibus ecclesiæ existimamus esse regentes) prædica cultura restituitur antiquæ, & reverentia qua sunt vendita, aut donata mancipia. Possessiones etiam, quas ab Eumancio, & Opilione Episcopo vestris quovis iure videritis teneri (quia contra condensationem synodi ab Episcopis prædica alienari nullo potest commentum) nihilominus revocentur. Si enim quibus ad eum recursus qui præsumpsit aliquid de ecclesiæ rebus illicita venditione distrahere, ita ut pensiones suas ad Pontificem deferatis, cui privilegia sua impingit, convenit omni ratione servari, ut ejus dispendium portiones proveniant consueta: ita ut portiones quartam, quæ ad eos pertinet, sua Pontificis ordinatione distribuat, prout iustis locum meritumque cognoscit. Pariter etiam ex fidelium oblatione factum est, ut clericis quartam erogat pro consideratione sua electionis Antistes. Fabricarum etiam pontifici pisco petente, & disponente, vestra erogatione paratur: quatenus nihil penitus in detrimentum alienam patiamini generari.

a al. omnium. b Ivo p. 3. c. 120. & p. 4. c. 121. c. al. Ivo p. 3. c. 123.

Iustino, &c.] Antea legabatur. Idem eisdem, Emeritum est, & postea ibidem circum nomina ex Ivone: ad quos etiam scriptum est superius penultimum caput, vobis enim. Nec verba, que nunc afferuntur, pertinere possunt ad Episcopos, quibus penitus procedenti caput scribatur, indicant nominis que a Gratiano hic referuntur, sed etiam aperte verba, que apud Ivonem post ultimum sui caput sequuntur. Si quis vero in ecclesia vestra damnatus aut in his, que sunt præceptionis non est prohibita, Pontificem vestrum videtur admittere &c.

C. XXVI. *De rebus, & oblationum duarum portionibus clericis committantur.*

Idem clerici, & presbiteri, & plebs Brundisii.

Omnino a vobis, quem petitis, Antistite, fratrem & Coepiscopum meo Iuliano, necessarium fuit (eodem ad ecclesiam suam mox remisso) ad vos nostra scripta pariter destinari: quibus agnosceretis eidem fuisse præceptum, ne unquam ordinationes præsumat illicitas, & infra. **¶** Reditus, & oblationes fidelium in quatuor partes dividat: quarum unam sibi ipse retineat; alteram clericis pro officiorum suorum sedulitate distribuat; fabricis tertiam; quartam pauperibus, & peregrinis habeat fideliter erogandam: quarum rationem divino est redditurus examini.

¶ Epistola Celestini, in qua est hoc caput, missa est cum aliis ex Hispania. Eadem vero inter epistolas Gregorii II. impressas est tertia, clerici, & plebs Turinensis scripta. Talem quaedam epistola, sed brevior, sita in libro, qui inscribitur, Ordo Romanus, & formata Episcopo admodum nuncupatur.

C. XXVII. *De oblationibus fidelium quarum portiones sunt, & quæ cuique proveant.*

Idem in epistola ad Episcopos per Lucianum, & Brundisii, c. 29.

Quatuor autem tam de rebus, quam de oblatione fidelium, prout cuiuslibet ecclesie facultas admittit (sicut dudum rationabiliter est decretum) convenit fieri portiones: quarum sit una Pontificis, altera clericorum, tertia pauperum, quarta fabricis applicanda. De quibus sicut sacerdotis intererit integram ministris ecclesie memoratum dependere quantitatem; sic clericus ultra delegatam sibi summam nihil insolenter noverit expectandum. Ea vero, que ecclesiasticis adificiis attributa sunt, hinc operi veraciter prærogata, locorum decem in ministerio manifesta sanctorum: quia nefas est, si factis adibus destitutis, in lucrum suum præsumptimè de his deputata converterat. Ipsam nihilominus adscriptam pauperibus portionem, quamquam divinis rationibus se dispensasse monstratur esse videatur: tamen iuxta quod scriptum est, **[**ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est.] oportere etiam presentem rationem prædicari, & bonæ famæ præconis non taceri. Quapropter nec clericorum quispianam, &c.

C. XXVIII. *De redditibus oblationum, & reddituum ecclesie quatuor portiones Presbitero dispensanda creantur.*

Item Simplicius Papa Florentis, & Equitis, & Severo Episcopi, epist. 3.

De redditibus ecclesie, vel oblatione fidelium quid deceat necienti nihil licere permittat: sed sola Episcopo ex his una portio remittatur: duæ ecclesiasticis fabricis, & erogationi peregrinorum, & pauperum

a Anst. lib. 6. cap. 49. b Et in concil. Parisiens. l. 1. c. 23. Poly. l. 3. tit. 11. Anst. l. 1. c. 66. Burch. l. 2. c. 17. l. 10 p. 3. c. 29. Pann. lib. 2. c. 7. c. Mathe. d. 2. quæst. 7. quapropter. e Anst. lib. 3. cap. 66.

profuturæ, à Bonagro a Presbytero sub periculo sui ordinis ministrantur: ultima inter se clericis pro singulorum meritis dividatur. **¶** Cui, id est, Gaudendo, hoc specialiter præcipimus, ut res portiones, quas triennio b dicitur sibi tantummodo vindicasse, restituar.

¶ Adhita sunt in hoc capite aliquot verba, ex originali, que ad sententiam facere aliquod videbantur.

C. XXIX. *De redditibus ecclesie, etiam noverit quos sitis, quarta pars clericis erogetur.*

Item Gregorius Maximiano Episcopo Syracusano c. lib. 3. epist. 11.

Cognovimus id de redditibus ecclesie noviter acquisitis canonicam dispositionem quartarum minimè provenire; sed Episcopos locorum distribuere tantummodo quartam antiquiorum reddituum, nunc vero quatuordecimque consuetudinem fraternitas tua vivaciter emendare festinet: ut five de præteritis redditibus, five de his, que obvenerint, vel obvenerint quartæ secundum distributionem canonicam dispensentur. Incongruum namque est unam, eandemque ecclesie substantiam duplici quodammodo iure censei, id est, q. usurpationis, & canonum.

C. XXX. *De stipendiis ecclesie quatuor debent fieri portiones.*

Idem Augustino Episcopo Anglorum in respon. ad primam interrogationem.

Mos est à Apostolica sedis ordinatis Episcopis præceptum tradere, ut de omni stipendio, quod accedit, quatuor fieri debeant portiones, una videlicet Episcopo, & familia eius propter hospitalitatem, & susceptionem, alia clero, tertia vero pauperibus, quarta ecclesiis reparandis.

C. XXXI. *De eodem. PALEA.*

[Item ex concilio Toletano.]

Sancimus omnibus Episcopis curam laicorum instare, ut si quos in fide Christi invenerint, nimio affectu diligant. Insuper confirmamus, ut si aliqua ab ipsis accipiant dona, statim in quatuor dividant partes: ita, ut prima pars secundum à Apostolorum præcepta, titulum, nec non cœmeteriorum restaurationibus diligenter attribuantur, secunda clericis, tertia cunctis pauperibus, quarta vero advenis.

¶ Caput hoc (quod in omnibus vetustis exemplaribus, exceptis duobus, & sine Palea nomine habetur, & glossam habet) in nullo Toletano concilio aut impresso, aut in manuscripto inventum est. In collectione canonum incerta auctoritate, que servatur in Vaticana bibliotheca, tribuitur Sylvester: quare in synodo Romana sub ipso habita, cap. 4. paulo aliter hæc partes assignantur, id est, ut in præcedentibus hæc capitibus.

¶ Secundum Apostolorum præcepta **[**In ea collectione non sunt hæc verba. In suo vetusto Gratiani codice est, secundum Apostolorum præcepta.

C. XXXII. *Omnes Presbyteri secundum iustitiam Episcopis rei ecclesie dispensare studeant.*

Item ex concilio Agathensi, c. 22.

Statuimus **[**quod omnes canones i jubent] ut civitates, live diocæsani Presbyteri, vel clerici, salvo iure ecclesie, rem ecclesie, sicut permiserunt Episcopi, teneant: vendere autem, aut donare penitus non præsumant. Quod si fecerint, vel fecerunt, & facta venditio non valebit, & de facultatibus, si quas habent

a al. ab Onagro. b al. per triennium. c Ioannes Diac. l. 6. num. 34. d Anst. l. 1. c. 70. e al. ob rem. f al. nunc obvenerunt, vel obvenerint. g addita ex orig. h Anst. l. 1. cap. 64. Pann. l. 2. c. 8. i Poly. lib. 3. tit. 12.

proprias, indemnem ecclesiam reddant, & communione priventur.

¶ Canones] Restituta est haec vox ex originali. Antea legebatur, Episcopi. In Polycarpo autem tantum est, quod omnes jubent.

C. XXXIII. ¶ De clericis, qui documenta ecclesiae supprimunt, aut adversarii tradunt.

Item ex eodem concilio, cap. 26.

¶ Si quis de clericis documenta, quibus ecclesiae possessio firmatur, aut supprimere, aut negare, aut adversariis fortasse tradere, damnavit & puniendi oblatione praesumpserit, quid quidem per absentiam documentorum, damni ecclesiae illatum est, de propriis facultatibus reddat, & communione privetur. Hic etiam qui in damno ecclesiae impie sollicitati, a traditoribus aliquid acceperint, superiori b. sententia reneantur.

C. XXXIV. ¶ Episcopus haeredem non habens, non alium, quam ecclesiam sui haeredem instituat.

Item ex eodem, cap. 25.

¶ Episcopus, qui filios, aut nepotes non habuerit, alium quam ecclesiam non relinquit haeredem. Si quid de ecclesia non in ecclesiae causis, aut necessitate praesumpserit, quod distaxit aut donavit, iuratum habeatur. Qui vero filios habet, de bonis, quae reliquit, ab haeredibus eius, indemnitate ecclesiae consulatur.

¶ Non habuerit] In originali impresso, & manuscripto, & in Polycarpo legitur, non habens alium, quam ecclesiam reliquit haeredem; si quid, &c. & ad hanc lectionem proprius accedunt verba Hispaniensis concilii primi, c. s. sed ab glossam non est mutatum.

C. XXXV. ¶ Quae in clero constituta sunt, de rebus ecclesiae, nihil adimere praesumant.

Item ex eodem, cap. 49.

¶ Diaconi, vel Presbyteri in parochia constituti, de rebus ecclesiae sibi creditis nihil audeant commutare, vendere, vel donare: quia res sacrae Deo esse noscuntur. Similiter sacerdotes nihil de rebus ecclesiae sibi commissis (ut superius comprehensum est) alienare praesumant. Quod si fecerint, convicti in concilio, & ab honore depositi, de suo aliud tantum restituunt, quantum visum fuerit praesumpserit. ¶ Libertos tamen, quos sacerdotes, vel Diaconos de ecclesia sibi commissis facere voluerint, actus ecclesiae profecti jubemus. Quod si facere contempserint, placuit eos ad propriam reverti servitium.

¶ Praesumpserit] Si hic interpretar e. si quis qualiter, infra, eadem habebit integram canonem 49. Ipsi concilii Hispaniensis.

C. XXXVI. ¶ De possessione ecclesiasticae iuris quodquid a Presbytero distribuitur, sine habeatur, & vacuum.

Item ex eodem, c. 23.

¶ Vidquid f. parochiarum Presbyteri de ecclesiasticae iuris possessione distaxerit, inane habeatur & vacuum vindicatione i. comparantis, & actione vendentis.

¶ Vindicatione] Sic etiam in recentioribus conciliorum editionibus. In aliis, & duobus etiam Vaticanis codicibus legitur, venditore comparantis, apud Romanum, venditione comparantis. In Epianensi, ubi hoc videtur repeti, in venditorem comparantis actione vertenda.

a. Infra, ead. si quis de clericis, Burchard. lib. 3. cap. 18. Ivo par. 3. cap. 156. b. aliter part. & in Hispanen. cap. 1. c. Polyc. lib. 3. tit. 12. d. Ivo part. 3. cap. 161. e. Et in Epianensi, c. sept. f. Ivo p. 3. c. 202.

C. XXXVII. ¶ Alienationes factae ab usque, & ordinationes sine consensu clericorum, irritae sunt.

Item Urbanus Papa.

¶ Alienationes omnium per intentionem, seu canonice electorum sub Episcopi nomine, aut Abbatis, qui secundum ecclesiae suae usum conferendus est, alienationes dico quocumque modo factas, nec non & ordinationes personarum ab eisdem sine communi consensu clericorum ecclesiae, sive per simoniam iisdem factas, irritas dicimus. ¶ Illud etiam per omnia interdictum, nullus clericus praebendam suam, seu beneficium, quod ecclesiae alicui modo alienare praesumat. Quod si praesumpserit, nullum illud fuerit, irritum erit, & ultioni canonice subiacet.

¶ Post collectionem Anglorum in codice per antipapam habentur mentionem capitulum concilii Urbani secundae, in capitulo huiusmodi. Alienationes, quae specialiter per Ottonem, Guidonem, Hieremiam, seu forte Philippum abbatem de possessionibus Ravennatis exarchatus factae damnantur. Generaliter autem omnium per intentionem, seu canonice electorum sub Episcopi nomine, aut Abbatis, ecclesiae suae conferendus est, alienationes quocumque modo factas, & caetera usque ad finem huiusmodi sine ulla varietate.

C. XXXVIII. ¶ Episcopo defuncto, vel admodum in supremis agente de rebus ecclesiae nihil est usurpandum.

Item ex concilio Ilerdensi a. c. 16.

¶ Haec huiusmodi constitutione inter nos esse placuit custodiri, ut defuncto Antistite, nec adhuc in supremis agente, nullus clericorum ecclesiae ordinis, officii, gradusve sit quidquam de domo episcopali, vel quod de utilitate instrumenti domus esse possit, id est, mobilis, & immobilis rei ecclesiae, nec ut invadere, nihil furto, nihil dolo suppetant, auferens, atque abscondens. Sed is, cuius domus missa est, sub iunctis 2. sibi uno, vel duobus dignis clericis, omnia usque ad tempus Pontificis sublevari debeat conservare, & his, qui in domo inventum ab eis consuetam alimoniam administrare. Si autem Antistes susceptus 3. sedis commoda ordinatur, vel Deus imperabit, ut eis uti cum his debeat, quod poverit disciplinae, & charitati praedecessoris sui fuerit paruisse. Quod si quisquam post hoc cuiusmodi dominis (ut superius dictum est) clericus quocumque modo, de omni facultate quidquam probat usurpatione, nulli, vel forsitan dolo aliquo suppetente, realiter legi prolixiori anathemate condemnatur, ut vasa peregrina eis communio concedatur: quia daturum est hi, quos constat in servitio Domini cum prima facta esse defuisse, ab his, qui suum rem in ecclesiam vel utilitatibus servientes, atque vacantes facillime turbant, despecti aliquatenus crucientur.

1 ¶ Nihil furto] In codice Lucensi regio separata est. 2 ¶ Subjectis sibi] In concilio Romano edictum est, quod cum consilio: & in codice regio additur, clericis per se tenentibus, cum consilio cleri.

3 ¶ Susceptus sedis] In eodem regio codicis est, si quis prout decessor suus ordinavit, vel ut Deus imperavit.

C. XXXIX. ¶ Episcopi, qui nulli ecclesiae commiserint, famulas eius libertate non donent.

Item ex concilio Toletano.

¶ Et, si illi, qui nulla ex rebus suis pauperibus Christi distribuunt, aeterni iudicis voce in futuro atque vagantes fuisse. c. Burchardus lib. 3. cap. 18. Ivo par. 3. cap. 249.

demerantur, quanto magis ii, qui auferunt pauperibus quod non debentur: Quapropter Episcopi, qui nihil ex suo proprio ecclesie Christi compenauerunt, hanc diuinam sententiam mutant, & liberos a ex familia ecclesie ad condemnationem suam facere non præsumunt. Impium enim est, ut qui res suas ecclesie Christi non contulerit, damnum inferat, & jus ecclesie alienare contendant. Tales ergo liberos si successores Episcopi absque illa oppositione ad jus ecclesie reuocabit: quia eos non æquitas, sed improbitas absolvit.

C. XL. § De clericis, qui documenta ecclesie supprimunt, aut negant, aut alius damnabiliter tradunt.

Item ex concilio Aurelianensi.

Si quis de clericis documenta, quibus ecclesia possessio firma tenetur, aut supprimere, aut negare, aut auertere, aut fortasse tradere, damnabili, & puniendâ oblatione præsumperit, quidquid pro absentia documentorum diuini ecclesie illatum est, de propriis facultatibus reddat.

§ Hic idem citatur supra, ead. si quis de clericis, ex concilio Agathensi, in quo habetur. Non est auctori maius titulus: quia prius in aliquo titulo Aurelianensi, quod non extat, esse repetitur.

C. XLII. § Ministris ecclesie de rebus eiusdem ecclesie Episcopi permittitur alienare licet.

Item ex concilio Aurelianensi III. cap. 23.

Abbatibus, & Presbyteris, ceterisque ministris de rebus ecclesiasticis, vel sacro ministerio alienare, vel obligare absque permisso, & subscriptione Episcopi sui nihil liceat. Quod qui præsumperit, degradetur a communione concelli: & quod temere præsumptum, aut alienatum est, ordinatione Episcopi reuocetur.

C. XLIII. § Re ecclesia, qua absente Episcopo distrahatur, ad jus ecclesiasticum reuocetur.

Item ex synodo Ancyrana, cap. 17.

Si qua de rebus ecclesie, cum Episcopus non est, Presbyteri vendiderint, placuit reuocari contra factum ad jus ecclesiasticum reuocari. In iudicio autem cui Episcopi constitutum est, si pretium debeat recipi, nec ne: propterea quod sepe contingit distrahatur rerum redditus ampliore summam pro accepto pretio reddi.

§ Reddi. Si in quibusdam exemplaribus præfata versio. In alio vero est, reddidit. Græci legunt, ad. 10. præd. dicitur. Non videtur tunc esse præfata, sed de rebus ecclesie, quod sepe reuocatur venditarum redditus malus pretium his ipsi reddidit. Sed ab ipsorum non est immutatum.

C. XLIII. § Post mortem Episcopi rei ad eum pertinentes clerici non rapiant.

Item ex concilio Chalcedonensi h. cap. 22.

Non liceat clericis post mortem Episcopi sui rapere res pertinentes ad eum: si quis iam præcedentibus regulis constitutum habuerit. Si vero fecerint, periclitari se non uerit in proprio grada.

C. XLIV. § Reuocantur precaria, & communitates in uocantibus facte.

Item ex concilio Mediomatricensi.

Precaria, & communitates tempore viduarum ecclesiarum facte ab his, qui loca Episcoporum occupauerant, reuocantur, & cum auctoritate ecclesiastica, vel civili, si faciendæ sunt, fiant.

a. al. liberos ex familia. b. al. liberos. c. l. 10. p. 1. cap. 16. d. l. 1. cap. 23. Poly. l. 1. tit. 11. e. Assel. l. 1. cap. 15. f. l. 1. tit. 1. cap. 1. § al. si constitutum pretium. h. l. 1. tit. 1. cap. 1. § al. si constitutum pretium. i. l. 1. tit. 1. cap. 1. § al. si constitutum pretium. k. l. 1. tit. 1. cap. 1. § al. si constitutum pretium.

§ Quod hic ex concilio Mediomatricensi citatur, in concilio Mediensis referunt ex concilio Beluacensi, ex quo etiam citant Barchinensis & Ivo. Sed quia in concilio Gallico & Germanico sæpe eadem repetuntur, non est mutata scriptio. In aduersi capitularibus qua ex Gallia sunt habita, inter cetera leguntur quaedam capitula excerpta à Domino Rege Carolo & Principibus suis ex his capitulis, qua anno DCCCXLVI. ediderunt Episcopi in synodu, &c. Quorum capitulum unum est hoc, ut precaria & communitates tempore viduarum ecclesiarum facte ab his, qui loca Episcoporum occupauerant, reuocantur, & cum auctoritate ecclesiastica, vel civili demuo, si fiant, fiant.

C. XLV. § Pro labore inventaria nihil accipians a communi de rebus ecclesie. Unde Gregorius a Maximiano Syracusano Episcopo, lib. 3. epist. 11.

Charitatem tuam commonece curauimus, ut si quispiam Episcoporum de hac lucemigauerit, vel (quod absit) pro suis fuerit remotus excessibus, conuenientibus economis, cunctisque clericis & prioribus atque in sui presentia inventarium ecclesie rerum facientibus, omnia, quæ reperta fuerint, subtiliter describantur: nec (sicut antea fieri dicebatur) species quædam, aut aliud quodlibet de rebus ecclesie, quasi pro faciendi inventarii labore tollatur, & infra. § Utiliores ecclesiarum clericisque eorum, qui cum ipsis per non sua ciuitatis parochias fatigantur, aliquod laboris sui capiant de disponente subsidium: Iustum namque est, ut illi & consequantur stipendium, qui ad pro tempore suam commodare reperiant obsequium.

§ Economis] Sic etiam in omnibus uentibus: sed in originali tam impresso, quam manuscripto legitur, hierarchicis. Ioannes Diaconus habet, hieraticis.

C. XLVI. § Excommunicantur laici, quæ morientium clericorum auidens bona diripere.

Item ex concilio Urbani Papæ Averninensi celebrato.

De laicis questio facta est, qui morientibus Episcopis, siue aliis clericis res defunctorum in uasas, ecclesie, pauperibusque subripiunt. Contra quos commune totius concilii anathema prolatum est, ipso Papa huiusmodi sententiam promulgante. Si quis post interdicti presentis cognitionem Episcoporum, seu Presbyterorum, aut aliorum clericorum res in uasari, utque ad satisfactionem excommunicatur. § Episcoporum uero deficientium res per Archiepresbyterorum, seu Archidiaconorum manus, aut secundum mortuorum iudicium pro ipsorum salute in elemosinas dispenferunt, aut successori, qui futurus est, referentur. Id ipsum de Presbyterorum, seu clericorum aliorum rebus per Episcopum, vel supra dictas personas, aut cui deficientes commiserint, fiat. Si quis autem aduersus ista præsumperit, anathema sit.

§ In titulis capitularium concilii Clarenuensis (quod Averninensi celebratum est) titulo penultimo, hæc leguntur ad hæc spectantia. Ne aliquis clericus res Episcoporum, vel clericorum, vel in uita, vel post mortem eorum diripiat, vel in usus proprios conferat. Quod si quis fecerit, anathema sit: & dictum est ab omnibus, fiat.

C. XLVII. § De eodem. Item Innocentius Papa II. in concilio Lateranensi, cap. 4.

Illud, quod in sacro Chalcedonensi concilio constitutum est, irrefragabiliter conseruari præcipimus: ut videlicet decedentium bona Episcoporum, & nullo hominum diripiantur, sed ad opes ecclesie, & successoris sui in libera economi, & clericorum permaneant.

a. Ioannes Diaconus l. 3. c. 23. b. al. cleri. c. al. illis. d. al. quæ. e. Supra ead. non liceat. Pann. l. 1. c. 141.

potestate. Cessat igitur de cetero illa detestabilis, & laeva rapacitas. Si quis autem amodo hoc attentare praesumpserit, excommunicationi subiacet. Qui vero momentum Presbyterorum, vel clericorum bona rapuerit, similis sententia subiacet.

[Morientium] In vulgatis sequitur, Episcoporum: quae vox & a verisus, & ab ipso concilio manserit, sed frustra repetitur. Sicut autem ex originali addita paulo superius aliquot verba.

[Hoc non solum de laicis, verum etiam de metropolitano, & quibuslibet alii clericis intelligendum est: sicut in sexta synodo, cap. 33. legitur.

C. XLVIII. [Nec Episcopi morientium metropolitano non licet invadere.

Non liceat alicui metropolitano, mortuo Episcopo, qui sub eo est, aut res ejus, aut ecclesie sue auferre: sed sint sub custodia clerici ecclesie defuncti Episcopi, usque dum alius ordinetur Episcopus. Sivero clerici in ecclesia non fuerint, tunc metropolitano nullibet omnia Episcopo, qui ibi ordinabitur, reddat.

Sicut autem res ecclesie nullo usurpare licet, ita ecclesie aliena invadere non permittitur.

C. XLIX. [Altera ecclesiam non liceat invadere.

Unde Gregorius, libr. 2. epistol. 43. ad Bonifacium Episcopum.

Sicut ecclesia propria res amittere non debet, ita eam rapacitatis ardore invadere aliena non oportet.

In omnibus auctoritatibus perspicue monstratur, quod nulli sacerdotum ecclesiam alicui tradere licet: & ille, qui de manu sacerdotis facultate ecclesiam accepit, nullo iure eam vindicare poterit: sed potius cogere restituere quod illicitate accepit. Sed notandum est, quod quosdam casus exigentibus, res ecclesie distrahi possunt. Causa enim necessitati cum consilio clericorum, vel ut meliora proficiant, res ecclesie a sacerdotibus distrahi possunt.

C. L. [Nisi causa necessitatis, nec Episcopo rem ecclesie sue usurpare licet.

Unde in Africano concilio legitur.

Non habenti necessitatem, nec Episcopo licet matricis ecclesie rem sui tituli usurpare.

Gratianus citat hoc ex concilio Africano, & sequens ex Carthaginensi. Sed in unico Carthaginensi inserto in codice Canonum, hoc quidem est pars posterior, sequens vero prior capitulo ejusdem, quod est ultimum, id est, xxxvii. & Burchardus, & Ivo integram partem referunt ex Carthaginensi.

[Ecclesie] In codice Canonum, & apud Burchardum sequitur, nec Presbyterorum: apud Ivo vero legitur, nec Episcopo licet rem matricis ecclesie ignorante concilio, vel Presbyteris, suis titulis usurpare. Post sequens autem caput apponitur integer Canon Gratiani cum versione.

C. LI. [Nec Presbyteri ignorantibus Episcopis, nec Episcopi ignorantibus concilio rem ecclesie vendant.

Item ex concilio Carthaginensi unico, c. ultimum.

Placuit, ut Presbyteri non vendant rem ecclesie, ubi sunt constituti, nec ignorantibus Episcopis suis, quomodo nec Episcopi licet vendere pradia ecclesie in consilio concilio, vel cuncto in presbyterio sine ulla necessitate.

[Vel cuncto] In canone unico Carthaginensi legitur, vel Presbyteris suis. Non habente ergo necessitatem, & c. ut proximo superiore capite, quemadmodum apud Burchardum citatur, & Ivo nempe: licet ipsi legant, habenti: Gratianus autem ita verum Canon habet.

[Molaris hinc dicit res ecclesie vendituras magis prohibet]

a Et in Augustini sub Rabano, cap. 3. b Burch. l. 3. c. 178. Ivo p. 3. c. 59. c Burch. ibid. Ivo ibid.

... [Greek text] ...

Similiter placuit, ut Presbyteri praeter suum Episcopatum sententiam non vendant rem ecclesie, in qua consecrantur: quemadmodum neque Episcopi licet rem ecclesie vendere in concilio, vel proprio Presbyteris. Ergo nisi adit necessitas, neque Episcopo licet rem aliqua ex titulo ecclesiasticae matricis.

C. LII. [Nisi ut meliora proficiant, rem ecclesie non licet distrabere Episcopo.

Item ex epistola Leonis Papae, univrsis Episcopis per Siciliam constituto.

Sine a exceptione decernimus, ne quis Episcopibus ecclesie sue quidquam donate, vel commate, vel vendere audeat; nisi forte aliquid horum, ut meliora proficiat, & cum totius cleri tractatum consensu id eligat, quod non fit dubium profuturum ecclesie, & infra.

[Episcopus verus ecclesie commendatis, non tanquam propriis utatur. Licet enim Episcoporum venditio, & commutatio rebus factis exit abque convenientia, & subsecutione clericorum.

[Conniventia] Antea legabatur ab his; omnino inveniunt. Indulta vero est dictio, omnium; quae in vestris exemplaribus, neque in Decretalibus, cap. 1. h. sunt a prael. neque apud ceteros collectores habetur. Apud nem, qui citat concilium Carthaginense, IV. & in Concilio Leonem ex concilio apud Valentiam, loco istius vocis, commutatio est; collaudatio.

Item domus urbium, vel castrorum, quae ecclesie sunt dedit, quam utilitatem afferunt, licet rectoribus ecclesiarum superiori capitulo Symmachii, [Non licet Papa, & c.] vendere, vel commutare.

C. LIII. [De eodem. Item, sicut in Agathensi concilio, c. 1. legitur.

Errulas, & aut vineolas exiguas, & ecclesie sine consilio fratrum (si necessitas fuerit) distrabere potestatem.

[Capitulum hoc in aliquot vestris codicibus est in superius. Sic vos quae fugitivos, qui revocati retineri non possunt, Episcopi distrabere licet.

C. LIV. [Alienentur fugitivi, qui retineri non possunt.

Unde in eodem concilio, cap. 48. legitur.

Fugitivi a domos suas, aut familias deferentes, etiam si revocati fuerint, non possunt retineri, sed tunc ab Episcopo, si voluerit, aut si ita illi distrabantur.

C. LV. PALEA. [Item ex concilio apud Tansen, c. 12.]

Injustum fidei, & impium, ut mancipia, vel filii viri, seu foeminae pro redemptione, & annuatio Deo, & sanctis ejus, conferantur, cum canonice pretio, vel commutationis commercio iterum in servitutem redigantur: cum canonice pretio servos fugitivos tantummodo distrabi permittatur, ideò omnes rectores ecclesiarum summo peccato ne unius elemosina, alterius peccatum fiat. Deo.

